



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Dom. D.|| Leonardi || Rvbeni SS. Theolo-||giae  
Licentiati Abbatis || Ordinis D. Benedicti Mo-||nasterij  
Sanctorum Apostolorum Petri & || Pauli Abdinckouensis,  
in ciuitate || ...**

**Ruben, Leonhard**

**Padibornae, 600 [i.e. 1600]**

**VD16 R 3400**

Cap. XXVII. Quomodo cognoscantur falsi prophetæ, & quare à Deo mittantur.

[urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1)

## CAPVT XXVII.

QVOMODO COGNO-  
scendi falsi prophetæ, & qua-  
re à Deo mittan-  
tur.

**D**VO breuiter dicenda ex sacris literis.  
Primò quomodò cognoscendi sint  
falsi prophetæ. Secundò quare à Deo mit-  
tantur. Quod ad primum attinet, inuenio  
quatuor potissimū modos, quibus dignosci  
possunt. Primus est, si aliena à Deo vero  
doceant. Hinc Deuteronomij cap. 18. 20.  
*Propheta autem qui arrogantia deprauatus  
voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præ-  
cepi illi ut diceret: aut ex nomine alienorum  
Deorum, interficietur.* Secundus est, si non  
euenerit, quòd falsus propheta dixerit.  
Hinc eodem capite Deut. 18. 21. *Quòd si  
in acuta cogitatione responderis: Quomodo pos-  
sum intelligere verbum quod Dominus non est  
locutus? hoc habebis signum, Quòd in nomi-  
ne Domini propheta ille prædixerit, & non e-  
uenerit: hoc Dominus non est locutus, sed per  
tumorem animi sui propheta consinxit: & id-  
circo non timebis eum.* Tertius est si non

*Quatuor  
modis co-  
gnosci pos-  
sunt falsi  
propheta*

2.

E 5 audierit

audierit Apostolos & Apostolicos viros, ut est Iohannis capite 4. 6. *Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum: audit nos, qui non est ex Deo: non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris.* Sic Matth. 1. 8 17. *Si Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus.* Lutherus nõ modò non audiuit Apostolos, sed etiam eorũ scripta corripit, & essentialia sanctæ Trinitatis ex ep. Ioã. sustulit, vt docuimus c. 5. Quartò ex fructib' eorũ, vt nos monet Saluator Mat. 7. 16. *A fructibus, ait, eorũ cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Disparatos autem fructus tradit D. Paulus ad Gala. 5. 22. Fructus autem spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Ibidem vers. 19. enumerat fructus carnis. Manifesta sunt opera carnis, que sunt, Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, ira, rixa, dissensiones, secta, inuidia, homicidia, ebrietates, cõmessationes & his similia, que predico vobis, sicut predixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Secundò, nunquid colligunt de spinis uuas? Vnde auctor operis imperfe-

Et in

*Fructus  
falsorum  
prophe-  
tarum.*

*gnoſcetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Disparatos autem fructus tradit D. Paulus ad Gala. 5. 22. Fructus autem spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Ibidem vers. 19. enumerat fructus carnis. Manifesta sunt opera carnis, que sunt, Fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, ira, rixa, dissensiones, secta, inuidia, homicidia, ebrietates, cõmessationes & his similia, que predico vobis, sicut predixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur.* Secundò, nunquid colligunt de spinis uuas? Vnde auctor operis imperfe-

Et in Matth. hom. 19. Ergo non possunt spina Spina falsi  
 & tribuli ecclesiasticos fructus proferre. Sed forū pro-  
 quid proferūt? Vulnera, tribulationes & cate- phetarū.  
 ramala. Quemadmodum spina vel tribulus ex  
 quacunq; parte illā conspexeris, habet aculeos:  
 sic & seruos diaboli ex quacunq; parte conside-  
 raueris, iniquitatibus pleni sunt. Si loquitur, in-  
 dolo loquitur: si tacet, male cogitat: si irasci-  
 tur, insanit; si patienter agit, tempus expectat  
 nocendi, & oportunitatē considerat quando no-  
 ceat. Si male agit, nō erubescit: si bene facit, ad  
 vanam gloriā propter homines facit. Quomo-  
 do proferat bonum fructum, cuius radix dia-  
 bolus est? Sub arbore bona & bestia & anima-  
 lia requiescunt; sub spinis autē nullum animal  
 quiescere potest nisi tantūmodo serpētes. Neq;  
 mirum hæreticos spinas esse, quia maledi-  
 dicto sunt proximi, tollentes enim omnes  
 benedictiones fructuū terræ, accipiūt illud  
 Gen. 3. 17. Maledicta terra in opere tuo, spinas  
 & tribulos germinabit tibi. Et dū Euangeliū  
 illud nouū turpis quæstus causa occinitur,  
 meritō exortæ spine suffocant in illis semē  
 verbi Dei Luc. 8. veri, quod est in Ecclesia  
 antiqua. 4. Adde illas spinas meritō inue-  
 niri apud hæreticos, quia maximè crescunt,  
 apud illos qui nō laborant, aut sese in spiri-  
 tualibus rebus exercent, aut si mauis, apud  
 pigros.

412 DE FALSIS PROPHETIS,

pigros. Vnde Prou. 24. 39. *Per agrū hominis  
piori transiui, & per vineam viri stulti: & ec-  
ce totum repleuerunt vrtica, & operuerunt su-  
perficiem eius spine, & maceria lapidum de-  
structa erat.* Vnde & Prouer. 15. 19. *Iter im-  
piorum quasi sepes spinarū: via iustorum absq;  
offendiculo.* Hæ spinæ hæreticorum adhuc  
benedictum Christi caput pungunt: sem-  
per enim contra summum eius vicarium  
insurgunt. Cæterum veniet aliquando il-  
lud Isai. 33. 12. *Spinae congregatae igni combu-  
rentur.* Et D. Pauli ad Hebræos 6. 7. *Ter-  
ra, &c. proferens spinas ac tribulos: reprobata  
est, & maledicto proxima, cuius consummatio*

*Tribuli  
falsi pro-  
pheta.*

*in combustionem, vide infra num. 6.* Tribuli  
exteriorē habēt apparentiā, etsi dissoluātur  
nihil cōpactum habent, sed omnia ad simi-  
litudinem plumæ, sunt nulli vsui aptæ, nisi  
vt vestimenta hominum inficiant: ita va-  
nissima quæq; & disiunctissima inuenies  
apud falsos prophetas & hæreticos. De alijs  
illorum fructibus satis dictum à capite 7.  
ad præsens 27.

*Quare  
Deus fal-  
sos pro-  
phetas to-  
leret tres  
sunt cau-  
se.*

Secundum in hoc capite est, quare Deus  
tam sceleratos homines toleret, & eis per-  
mittat vt veniant. Causæ huius tres potif-  
simæ sunt, quarum prima est, vt qui pro-  
bati sunt, manifesti fiant. Vnde D. Paulus

I. Co.

i. Corinth. ii. 17. cū de sacra Eucharistia tanta apud Corinthios esset dissensio. Hoc, inquit, precipio non laudans, quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Primum quidem conuenientibus vobis in Ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hereses esse: ut & qui probati sunt, manifestentur. Altera causa est eiusdem D. Pauli 2. Thessalonicenses, quod homines charitatem veritatis non recipiunt, vnde in dicta epistola cap. 2. 8. inquit. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanae, in omni virtute, & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt ut salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio: ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati.

Tertio & generales causæ, sunt peccata hominum; Nam Deus, Iob. 34. 30. regnare facit hypocritam propter peccata populi ita permittit hæreticos, & falsos prophetas propter hominum scelera & flagitia. Vnde apud Oseam prophetam de stulto propheta

## 414 DE FALSIS PROPHETIS,

propheta ait Osee 9. 7. *Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis, scitote Israel stultum prophetam, insanum virum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuae & multitudine amentiae. Multo clarius & fortius id proponitur Ezechiel capite 14. 1. cum inquit: Et venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me. Et factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, Viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suae statuerunt contra faciem suam: nunquid interrogatus respondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos. Hec dicit Dominus Deus, Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalum iniquitatis suae statuerit contra faciem suam & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum. Ut capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt a me in cunctis idolis suis. Propterea dic ad domum Israel, Hec dicit Dominus Deus, conuertimini, & recedite ab idolis vestris, & ab uniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras. Quia homo homo de domo Israel, si alienatus fuerit a me, & posuerit idola sua in corde suo, & scandalum iniquitatis suae statue-*

rit contra faciem suam & venerit ad prophetam, ut interroget per eum me: ego Dominus respondebo ei per me. Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciam eum in exemplum & in prouerbum, & disperdam eum de medio populi mei: & scietis quia ego Dominus. Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit uerbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illum, & delebo illum de medio populi mei Israel. Et portabunt iniquitatem suam: iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas propheta erit: ut non erret ultra domus Israel a me, neque polluatur in uniuersis prauaricationibus suis: sed sint mihi in populum, & ego sim eis in DEVM, ait Dominus exercituum. Locus hic difficultatem maximam parit, ut cum dicit. Ego Dominus decepi prophetam istum. Verum hic me reuoco ad ea quæ superius cap. 2. fol. 11. docui ex sententia D. Thomæ, quomodo Deus iubeat Satane 3. Regum 22. ut egrediatur, & decipiat Achab. dicatur Egredere, inquit, fac ita. Idem iudicium obdurare de hoc & similibus locis, ut Iob cap. 12. 24. excacare Qui immutat cor principum & decipit eos, & decipere eos facit quasi ebrios. Et Isa. cap. 63. 17. perere.

Quare



416 DE LUPIS RAPACIBVS,

*Quare errare nos fecisti de vjstis. Ad Romo.  
24. Tradidit illos Deus in reprobū sensum. Sic  
Ezod. 9. 12. & 10. 1. Induravit Deus cor  
Pharaonis, & 9. 18. Quem vult Deus indura-  
rat. hoc est, iusto iudicio permittit vt in-  
duretur, auxilium alioqui non debitum  
subtrahendo, & potentiā in sceleratis ho-  
minibus coercendis ostendendo. Dimisit,  
inquit David psal. 80. 13. eos Deus secundum  
desideria cordis eorum, ibunt in adinventioni-  
bus suis. Quia nec Dei scientiam meren-  
tur, nec ad eam consequendam animum  
mentemq; disponunt, vt ostendit locus  
Exod. nono. citatus. Manet enim vera  
sententia D. Iacobi, qua asserit cap. 1. 13.  
Nemo cum tentatur, dicat, quoniam à Deo  
tentatur. Deus enim intentator malorum est:  
ipse autem neminem tentat. Unusquisq; verò  
tentatur à concupiscentia sua abstractus & il-  
lectus. Deinde concupiscentia cū concepe-  
rit, parit peccatum: Peccatum verò cū  
consummatum fuerit, generat  
mortem.*

CAPVT